

derselben bereits den neugewählten Propst Ortolf von Prank.¹⁾

Das Capitel von Seckau war ob der grossen Heimsuchung durch diese Feuersbrunst, die das Stift an den Rand des Verderbens brachte, wohl auch tief bestürzt, aber „es war nicht muth- und rathlos, als ob kein rettendes Brett nach dem Schiffbruche übrig geblieben wäre. Im Vertrauen auf Gott, welcher die, so auf ihn hoffen, nicht zu Schanden werden lässt, und in der Zuversicht auf den Beistand der mächtigen Schutzherrin ihres Stiftes, der lieben Gottesmutter, gab es sich alle Mühe, das Gotteshaus wieder in den frühern Zustand zu versetzen. Mit welch' günstigem Erfolge, wird schon die nächste Zukunft zeigen.“ Der neue Propst, den es sich damals erkor, ragte hierbei durch seine Thatkraft besonders hervor und leitete es kräftigst in diesen seinen Bestrebungen. Er führt daher — und nicht mit Unrecht — den ehrennden Beinamen: der Restaurator.

Regimen et statuta Kouffungensium.

Edidit Hermannus de Roques.

(Materia in fasc. I. pg. 18—35 incepta concluditur.)

Item, quando et quociens opus fuerit conducere campanarium, quod pertinet ad dominam abbatissam et custodem communiter, hic tenetur facere iuramentum fidelitatis ecclesie sancte crucis et personis eiusdem. Et idem campanarius debet esse clericus.

Item²⁾ notandum,³⁾ quod omnia festa iam instituta a quibuscumque in ecclesia sepe dicta seu instituenda et eciam alia festa solempnia debent celebrari, quantum ad missam, in altari sancte crucis, quia dicte ecclesie ornamenta, omnes monstrancie cum suis reliquiis, omnes calices, clenodia et preparamenta spectant ad idem altare. Presertim duo libri missales, vna pars videlicet estiuialis et alia hyemalis, olim per honorabiles viros, dominos Deynhardum, rectorem altaris sancte crucis predicti, dictum Gerkfalken, rectorem capelle sancti Benedicti, et dictum de Krakouwe, plebanum (*fol. 212 III.*) in Meynbressen, bone memorie comparati⁴⁾ spectant ad idem altare, quia eidem dederunt et assignauerunt. Tunc ex consuetudine antiqua et iure ecclesie Kouffungensis⁵⁾ omnia priuilegia et confirmationes dicte ecclesie a sede apostolica aut Romanorum imperatoribus concessa, omnes

¹⁾ Cop. des 14. Jahrh. in Cod. 334 fol. 33 b im Steiern. L.-A.

²⁾ In orig. nota marg. *De festis celebrandis.*

³⁾ In orig. *Notandus.*

⁴⁾ In orig. *Comparatos.*

⁵⁾ In orig. *Kouffungensi.*

littere, omnia munimenta super bonis dicte ecclesie debent esse in bona custodia in cista bona duabus seris et duobus clauibus¹⁾ clausa, quorum clauium vnum habeat et custodiat domina abbatissa, alium domina prepositissa et de capitulo puelle. Tunc²⁾ eadem cista debet esse sita in loco tuto, accessibili et bene duabus ianuis clauso,³⁾ seris et clauibus munito, quorum clauium vnum habeat et custodiat domina abbatissa et alium domina prepositissa et puelle.

Item ex consuetudine et iure ecclesie Kouffungensis omnes littere et omnia munimenta super bonis, pensionibus, fructibus et obuencionibus puellarum de capitulo solum existencia seu preposituram, custodiam et capellaniam communiter seu diuisim tangencia debent esse in bona cista duabus seris et clauibus duobus clausa, quorum clauium vnum habeat et custodiat domina prepositissa et alium puelle de capitulo. Sequitur:

Item⁴⁾ domina abbatissa tenetur et debet omnes in ecclesia Kouffungensi beneficiatos et puellas ibidem tueri et defendere, quemlibet et quamlibet in iure suo et in dignitatibus suis, quantum in ea est, pro posse conseruare. Sequitur:

Item consuetudo ecclesie Kouffungensis⁵⁾ tenet, quod quemlibet puella in scola existens debet in eadem permanere, donec perfecte, quidquid ad eam in ordine spectat, sciat legere et cantare. Sequitur:

Item tenet consuetudo ecclesie, quod, quando et quociens aliqua puella debeat de scola licenciari seu absolui, hoc fieri debet per dominam (*fol. 212 IV.*) abbatissam cum consilio, scitu et consensu et voluntate domine prepositisse, custodis et capellane et puellarum vnanimiter.

Item puelle predicte ecclesie non solent facere nec fecerunt neque faciunt professionem.

Item⁶⁾ est consuetudo ecclesie, quod, quando et quociens puella a scola licenciatur seu sumitur, tunc statim domina abbatissa tenetur sibi ordinare domum habitacionis prope ecclesiam in loco abili et convenienti. Et eadem puella debet et tenetur diligenter per integrum annum chorum visitare et in horis mane et vespere vsque ad finem permanere. Sequitur:

Item vno integro anno, postquam puella a scola fuerit sumpta, transacto ipsa poterit parentes suos seu amicos proprijs

¹⁾ Originalis scriptor semper hoc verbo ut masculino utitur.

²⁾ In orig. post *Tunc* deletum *In*.

³⁾ In orig. *Clausura*.

⁴⁾ In orig. hoc loco verba *Item nota* rubricata sunt.

⁵⁾ In orig. *Kouffungensi*.

⁶⁾ In orig. nota marg. in superiori margine ad hunc locum *Corpora puellarum*.

tamen sumptibus et expensis visitare. Et extunc domina abbatisa ordinat sibi seruum, equos et currum, et pro tunc ipsa puella poterit se tam diu ab ecclesia Kouffungensi, donec sibi placuerit, absentare.¹⁾ Et in absentia sua dabitur sibi de curia domine abbatisse ad domum suam per quatuordecim dies dumtaxat prebenda sua in pane et carne recenti. Eciam cedit eidem per integrum annum porcio pensionis, quam puelle communiter inter se habent diuidere in choro. Sequitur:

Item quelibet puella de ecclesia Kouffungensi potest, quando-cumque sibi placuerit, prebendam suam resignare, parentes et amicos visitare et eciam virum legitimum ducere secundum eius voluntatem.

Item facta resignacione prebende, vt predicatur, quidquid tunc ipsa proprij habuerit in vtensilibus²⁾ domus, in clenodijs, in pecunijs seu alijs bonis et rebus, quibuscumque voluerit, (potest) donare. Sequitur:

Item, quecumque puella aliqua cum licencia domine abbatisse ab ecclesia Kouffungensi se absentauerit et prebendam suam non resignauerit (*fol. 213 I.*), hec cito seu tarde secundum placitum suum reuenire poterit. In reuersione vero dabitur sibi vt antea sua prebenda.

Item omnes littere, omnia munimenta, prompta pecunia, si qua foret, ad fidelia spectancia in ecclesia Kouffungensi, communiter ad dominam abbatissam, ad puellas, ad presbyteros pertinencia, debent poni in bona custodia in cista tribus seris et tribus clauibus communita, quorum clauium vnum habeat domina abbatisa, vnum domina prepositissa et puelle capitulares et vnum sex ebdomadarij aut vnus ex eis, cui assignatur per eosdem. Sequitur:

Item est consuetudinis dicte ecclesie, quod, quicumque se(u) quecumque volens facere seu instituere festum seu festa, anniuersarios aut memorias in dicta ecclesia, facere debet cum voluntate, cum admissione et vnanimi consensu domine abbatisse, puellarum de capitulo et presbyterorum ibidem, quos oportet onus legendi, cantandi et orandi portare.

Item,³⁾ quando et quociens puelle dicte ecclesie et presbyteri inibi beneficiati in Kouffungen commorantes et diuinum officium ibidem exercentes con(mu)niter seu diuisim lignis edificabilibus seu combustibilibus indigent seu indigebunt, tociens eisdem vti possunt et poterint in siluis et nemoribus dicte ecclesie pro libitu et vtilitate eorum et earum dumtaxat sine omni condicione et inpedi-

¹⁾ In orig. *Absentari.*

²⁾ In orig. *Vtensilibus.*

³⁾ In orig. duae notae marginales; in uno latere columnae *De siluis, pratis, nemoribus etc. vtendis* et in altero *Nota bene.*

mento domine abbatisse sepe dicte. Et si que vel quis puellarum seu beneficiatorum predictorum dominam abbatissam pro tempore existentem ¹⁾ ob reuerenciam ipsius pro huiusmodj lignis petere voluerit, petitioni huiusmodj eadem debet parere in effectu et nequaquam contradicere, quia sanctus Henricus et beata Kunne- (fol. 213 II.) gundis sua contoralis, dicte ecclesie fundatores, eidem ecclesie et personis siluas, nemora, aquas, pascua et bona diuersa et ibidem Deo seruientibus donauerunt et assignauerunt.

Item ²⁾ domina abbatissa et puella dicte ecclesie dare habent et concedere sepulturam volentibus in ecclesia, ambitu, super cymiterio magno seu minori sepeliri et pro petentibus eandem in ecclesia sepe dicta, exclusis tantum excommunicatis et vsurarijs publicis secundum tenorem priuilegiorum dicte ecclesie et confirmacionum.

Item ³⁾ omnes empciones, vendiciones et obligaciones pensionum, reddituum, prouentuum et honorum quorumcumque dicte ecclesie ex causis rationabilibus propter bonum siu(e) indigenciam per dominam abbatissam fiendas ⁴⁾ debet eadem domina facere cum scitu, voluntate, consilio ac vnanimi consensu puellarum de capitulo ac sex ebdomadariorum siue canonicorum ibidem, si possunt haberi, et hoc propter bonum honorem et sepe dicte ecclesie vtilitatem. Idem fiat et fieri debet per dominam abbatissam in bonis pheodalibus dicte ecclesie quibuscumque per dominam abbatissam dandis, concedendis seu conferendis, quia sepe dicti ebdomadarij cum puellis predictis sunt prebendati. Sequitur:

Item ⁵⁾ omnia beneficia ecclesiastica ecclesie sancte crucis Kouffungensis habent domina ⁶⁾ abbatissa et puella de capitulo ibidem communiter conferre, exceptis beneficijs subscriptis. Primo domina abbatissa sola habet conferre altare dictum *dasz grebelin*, et rector altaris eiusdem est domine abbatisse capellanus specialis racione altaris eiusdem.

Item altare sancti Henrici habet conferre domina preposita sola.

Item altare beate virginis Marie habet conferre domina capellana eiusdem predicte ecclesie. Item altare sancti Nicolai habet conferre (fol. 213 III.) sola dicte ecclesie custos. Sequitur:

Item domina abbatissa ecclesie sancte crucis Kouffungensis,

¹⁾ In orig. *Existente*.

²⁾ In orig. nota marg. *De sepulturis mortuorum*.

³⁾ In orig. notae marg. *Nota bene et De emptione, venditione et obligationibus*.

⁴⁾ In orig. *Fiende*.

⁵⁾ In orig. nota marg. *De beneficijs conferendis*.

⁶⁾ In orig. *Dominam* correctum est in *Domina*.

domina prepositissa et puelle capit(u)lares ibidem debent et tenentur habere fam(u)las et pedissequas probas, honestas ac decentes in habitibus seu vestibus nigris decenter et honeste incedentes et nequaquam preciosioribus quam puelle, prout olym cum consilio illustris principis et domini, domini Hermannj,¹⁾ lantgrauj Hassie, felicis recordacionis, domine abbatisse, prepositisse et puellarum predictarum super hijs extat concordatum, prout eciam hoc patet in litteris desuper confectis, sigillis eorundem sigillatis.

Item quomodo et qualiter fidelior seu magister²⁾ presenciarum in dicta ecclesia sit eligendus et cui [aliquibus]³⁾ presencie sint distribuende, patet in littera desuper confecta et sigillata, cuius tenor hic sequitur de verbo ad verbum et est talis:⁴⁾

In Goddis namen! Amen! Wir, Alheyd⁵⁾ von Gods gnaden eptyschen, vnde dy jungfrauwen gemeynlich des capitels des stiftes des heyligen cruczis czu Kouffungen begeren czu⁶⁾ wysen ewiglichen alle lude, dye ytzunt syn vnde nach vns kommede werden, daz wyr alle der verstorbin, dye er almusen an vnsir vorfaren, an vns vnde vnsir styff gelegit vnde gegebun haben, in wylicher wyse man eren selen gebeth, almusen vnde gude werke nach thun sollen, dasz wyr dasz also halden wollen vnde sollen, als dasz vff diesen hudigen tag bye vns gewonlich vnde recht ist gewest, esz enworde dann von vns eynetrechtlichen den selen nuczlich in eyn andere wyse geformyt vnde gemacht. Synt abir wyl⁷⁾ guder andacht yrstirbet, dar von mannig gud werg vndir (fol. 213 IV.) wegen bliebet, so sin wyr czu rade worden, vortme ewyglich nach guden rade an vns czu nemende gewonde, als heren vnde phaffen vff eren⁸⁾ stifften halden, Gotde, vnsir lieben frauwen vnde allen heyligen czu eren feste, wy eyne iglicher der myt vns obirkompt czu halden, vnde ouch gedechtnisse der sele czu jargeczijden czu begende vnde anders vnde sundern czijden, wy man des⁹⁾ myt vns obirkompt. Vnde wollen des eyne buch machen, daz du¹⁰⁾ heyszet *liber mortuorum*, dar ynne nymant

1) Hermannus, cognomine Doctus, rexit ab anno 1376 usque ad annum 1413.

2) In orig. sequitur hoc loco deletum *pr.*

3) *Aliquibus* errorem et lapsum calami esse pro *Vel quibus* vix dubitamus.

4) In bibliotheca publica Cassellana invenitur (vide MS. Hassiaca 8^o Nr. 31) autographum tabulae authenticae in lingua Germanica conceptum sequentium duorum documentorum, quorum variantiae hic notabuntur sub voce *In autographo.*

5) Adelheid, comitissa de Ziegenhain, abbatissa, rexit monasterium Kaufungense ab anno 1378 usque ad annum 1386.

6) In autogr. deest verbum *Czu.*

7) In autogr. *Vil.*

8) In autogr. *Erberrn.*

9) In autogr. *Der.*

10) In autogr. *Da.*

anders icht schryben sal, dann des czu den festen vnde memorien nod yst, vnde wollen dar czu haben eynen besloszen kysten, da wyr, dy eptyschen, eynen besundern sluszel, dye jungfrauwen eynen vnde ouch die heren eynen czu habin, dar yne disse brieffe vnde¹⁾ dasz buch bewaret ligen vnde andirs, wesz czu dyr wyse nod wurde an gude adir an gelde, vnde dasz vortme also halden, dasz czu den jaregeczijden, ab dyr icht worde, vigilie des obendes in deme chore von niun lectzien von vnser frauwen vnde jungfrauwen vff eyne chore²⁾ gehalden worden, sye sint hye belent adir nicht, dye hyr huszsaszen syn vnde czu der vigilie kommen vnde syngen vnde lesen, wasz en noch ordenunge geboret. Also wan iglicher personen poben eyne schillinge czu presencien werden magh, so sal man vigilien singen, vnde wer dann presencien mydde nympt, der sal des morgens czu der sele-messe (*fol. 214 I.*) opphern.³⁾ Ist abir die presencie vnder eyne schillinge, so mag man dy vigilie lesen, also dasz dy messe⁴⁾ gesungen werde, so mag ouch ungeoppfert lasszen werden,⁵⁾ wer da wel; vnde dy messe sal man syngen ober sente keyser Heynriches altar,⁶⁾ er dann man prime lude, also dasz dy⁷⁾ frummesse adir hoemesse nicht vnderwegen dar⁸⁾ vmme bliebe. Vnde wasz von den memorien vnde⁹⁾ festen, ob der waz worde, geuellet, dasz sal man glich teylen vnder alle personen, frauwen, jungfrauwen, canoniken vnde pristere, also wer¹⁰⁾ des gereyde alle eyntrechtig worden sin, vnde ob daz¹¹⁾ ymant andirs hirnoch¹²⁾ erdencken adir bestellen wulde; wer ouch nicht geynuortigs were vnde ouch nicht sunge adir lese des obendes czu der vigilie, der sal der presencien halb entpern, vnde ouch also, ab esz geschee, czu der messe. Wer sye ouch beyde vorsumet adir nicht singet vnde leset, wasz eme geboret, dem sal czumal nicht werden; wer ouch czu der vigilie vor der ersten lectzien vnde czu der messe vor der episteln nicht kompt vnde czu der beyder ende nicht enbliebet, der sal sin presencien versumet haben. Vnde sal

¹⁾ In autogr. *Vnde ouch.*

²⁾ In autogr. sequuntur hoc loco verba *Vnd den heren vnd priestern vff dem andern kore.*

³⁾ In orig. hic sequuntur verba deleta *So mag man.*

⁴⁾ In autogr. post *Messe* verbum *Ye* exstat.

⁵⁾ *Werden* deest in autographo.

⁶⁾ *Illud altare situm fuit in medio choro ecclesiae sanctae crucis, fortasse in ejus aditu ante altare sanctae crucis.*

⁷⁾ In autogr. *Dar.*

⁸⁾ In autogr. *Dar* deest.

⁹⁾ In autogr. *Oder.*

¹⁰⁾ In autogr. *Wir.*

¹¹⁾ In autogr. *Daz wel.*

¹²⁾ In orig. hic sequitur deletum *Erke.*

eyner¹⁾ der eldesten iungfrauwen vnde eyner²⁾ der heren, dye wyr kesen, dasz selgereydeampt haben vnde vns czu rechter czijt truwelich dar mydde vor sin vnde vnder vns teylen, also vorgeschriben sted. Enwolde ouch eyne frauwe czu der memorien nicht kommen, so sollen esz dye iungfrauwen vnde³⁾ heren myt eyn begehē. Wolden auch frauwen vnde iungfrauwen (*fol. 214 II.*) darczu nicht kommen, so mogen daz dye heren vnde pristere alleyne begehē vnde vnder sich teylen, wasz dar von gefellet, also dicke also des noyd geschee. Vnde wer dye presencien verdynen vnde myddenemen wel, dye sollen dy selmesse bestellen; wasz dar czu ouch geopphirt wert, dasz sal der priester behalden. Lichte vnde teppych sollen die selgereder czugen, vnde sal man dar czu luden adir czeychen, wy man des eyntrechtig wyr, uff daz man icht yderman sundern dorffe verkundige. Ouch wer czu memorien czijden vor vnde nach so vnmechtig were, dasz he von krangheyt wegen czu der kirchen, czu kore adir czu Goddis dinste nicht kommen mochte, deme sal⁴⁾ syn presencie glichewol gefallen, esz sy frauwe, iungfrauwe adir priester. In derselben wyse sal man esz ouch halden, ab ymant usze were in des stiftes gescheffte von geheysze wegen der eptyschen vnde des capittels. Vnde heben dasz an myt vnser seligen frauwen eptyschen, Jutten von Katzenellenbogen,⁵⁾ also daz wyr bekennen, daz wyr des eren also vel verbuwet han an der nuwen kempnaden czu Nydder Kouffungen.⁶⁾ dasz vff er jargeczijt gefallen sollen achzehen schyllinge heschir phenninge ewiger gulde von deme czinse, des wyr eyntrechtig werden darselben myt vnsern luden von der egenanten kempnaden vnde erme vmmebuwe, esz sin erthuse adir stelle. Ouch so verschriben wyr vnde gunnen in der selben wyse heren Godefrede Schotemanne, canoniken czu Cassel, vnserme amptmann czu dysser czijt, vmme synes eygen geldes wyllen, dasz her ouch dar an geleget hat, dryczehen schyllinge hescher (*fol. 214 III.*) phennige ewyger gulde vff syne jargeczijt czu dynende vnde czu verteylende, als man desz in deme egenannten buche nach syme thode findet vnde dy wyle her lebit, dasz andirs czu verdynende, wie her des myt vns⁷⁾ obireynkomt. Vortme alle dye gulde, sy sy ewyg adir czu losende, dye von seligen heren Wernhers wegen, etzwan pherners czu Volmersz-

¹⁾ In autogr. *Eyn.*

²⁾ In autogr. *Eyn.*

³⁾ In autogr. *Vnd dye.*

⁴⁾ In autogr. *Sal doch.*

⁵⁾ Jutta, comitissa de Katzenelnbogen, abbatissa, rexit ab anno 1311 (?) usque ad 1378.

⁶⁾ Modo Nieder-Kauffungen, id est Kauffungen inferior, villa tria milia passuum ab Ober-Kauffungen ad occidentem, i. e. ad Cassellam, vergens sita.

⁷⁾ In orig. post verbum *Vns* littera *t* aut *r* deleta est.

husen,¹⁾ an vns kommen yst czu Wenebolderade²⁾ vnde Volmerszhusen, sal vortme dyenen eme czu syner gedechtnisse, als dasz buch vsz wyset; wann man ouch presencien had, so sal man beyden opperluden etzwasz geben, nach deme alse sy vordyenen, vnde ouch dar nach dy presencien yst; were ouch icht oberigis, dasz man nicht glich vmme geteylen kunde myt ganzzen phennigen, dasz mogen dye selgeredere en selbis behalden. Worde deme selgereder icht gegeben adir bescheydin adir abegekoufft, wy dasz qweme, dasz gelt solde in der kesten blieben alse lange, bisz man daz abir wyszentlichen vnde nutzlichen angeleyde³⁾ nach rade der wysisten parthye. Vnde vff dasz alle vorgeschrieben redde vnde artykele stede vnde feste vnde vnvybrochen gehalden werden, so han wyr vnser sygille der eptye vnde ouch des capittels an dyssen keygenwortygen brieff lassen hencken; vnde ich, Godefrid vorgenant, vorczye mynes geldes, daz ich vszgeben habe czu der kempnaden vmme der egenannten dryczehen schyllinge geldes wyllen vnde bekenne, daz ich by dyrre nuwen bestellunge byn gewest (*fol. 214 IV.*) vnde habe dar czu gerne gehulffen vnde geraden vnde han ouch des czu kuntschaff myn eygen sygel nach myner vorgenanten herschaff hyr an dysszin brieff gehangen, der gegeben⁴⁾ nach Goddis gebort thusint dry hundirt iar vnde dar nach in dem zweye vnde achczigsten jahre an deme nehesten sonnabende nach sente Gregorius tage, des heyligen babistis.

Alcz⁵⁾ vnsere vorfaren, frauwen, jungfrauwen vnde heren, anhebere dysszis testamentes, wol vnde wyslichen han bedacht, dasz eyne anhebin nuwer wyse musse vertregelich syn ydermanne, vnde dasz man doch czu vnde abe secze nach rechte vnde reddelichkeyt vnde ouch vmme nocz vnde fredde, wes nod yst vnde not mochte gesin adir werden⁶⁾ hyr vmme so haben wyr Berte⁷⁾ von Gots genaden eptyschen czu Kouffunge, Johanna⁸⁾ probisten

1) Modo Vollmarshausen, villa septem milia et quingentos passus inter occasum et meridiem ab Ober-Kaufungen sita in radicibus occidentalibus montium silvestrium, quibus nomen est *Stiftswald*.

2) Modo Wellerode, vicus tria milia et quingentos passus a Vollmarshausen ad meridiem distans ac similiter situs. Non longe a Wellerode olim fuit capella S. Julianae ad monasterium Kaufungense pertinens, quam loco parochialis ecclesiae habuere simul incolae villae nunc desertae Lubesrode.

3) In autogr. *Wider an geleyde*.

4) In autogr. *Gegeben ist*.

5) Autographa sequentis et praecedentis documenti fasciis sigillorum membraneis conjuncta sunt. Est igitur insequens membrana, quam vocant *Transfiza*.

6) In autogr. hic sequitur verbum *Darnach*.

7) In autogr. *Wes noid ist vnd noit muchte werden*.

8) Bertha, comitissa de Sayn, abbatissa, rexit monasterium ab anno 1400 (?) usque ad annum 1441.

da selbis, von vnsers stiftes vnde cap(i)ttels wegen bedacht myt gudem rade alle dye artykel des¹⁾ brieffes, da dysser brieff ist dorchgezogen vnde besigelt, vnde wollen den artykel,²⁾ der also spr(i)cht: Sy sint hy belehent adir nicht, dye hyr huszsesszen syn, andirs nicht haben vnde halden, dann also hir nach sted, in sulcher wyse, dasz dye hy belehent syn vnde wan dye kommen, sollen myt vns verdyenen, vffnemen vnde gebruchen presencien, vnde andirs nymant, her en vindes dann wege myt frauwen, jungfrauwen vnde heren eyntrechtlich (*fol. 215 I.*) vnde die presencien kuntlichen besszere, also man des myt deme obirkompt. Ouch des tagis, so man memoriarum presencien phlijt czu verdynende, so wollen³⁾ tud der prister in der hoemesse, also he dasz wol weysz; ouch der prister myt der pharmesse tud ouch genuglich ynne;⁴⁾ der prister, der dy memorien messe heldet, sal vffentlich verkundigen geyne demme volke, wen man begee vnde vor alle dye bidden, dye in dysser bruderschaff syn; were esz ouch, dasz dye altaristen des tages ere presencien myt messe nicht verdyeneten, dasz beuele wyr vff ere sele eren consciencien, czu verdynende vffe andern tage, so sye yrst mogen; des selben gliche sprechen wyr ouch vff vns, frauwen vnde jungfrauwen, myt vigilien vnde myt⁵⁾ besundern gebede poben vnsers ordins regule. Ouch sal man eyns in dem iare begehen aller sele tag, also gewontlich yst, myt vigilien vnde messe also lange, bysz ymant kumpt, der dyssen tag besszere myt presencien; ouch sollen alle, dye hy belehent sin vnde andirs czu komen mogen czu dysser memorien messe czu haldende, glich sin verbunden, vff wen dy ordenunge geboret von den sesz heren vnde altaristen noch aldere in dem styffte, esz en were dann⁶⁾ hoemesse, pharmesse vnde memorie messe eyns tages vff eynen gewylen, der solde [der soln]⁷⁾ syne messe (*fol. 215 II.*) besteln, dasz er keyne adir anders Goddes dinst icht vnderwegen blebe. Ouch woln wyr in dysser eynung vnde bruderschaff gerne nemen frome lude, wyp vnde man, noch deme also sy myt vns obir kommen vmme fredde, eynung vnde beszerunge. So besigille wyr dussen nuwen brieff dorch den ersten geぞogen myt vnser, der frauwen vnde capittels sigillen vnde bestedigen dar mydde dyssen alden vnde nuwen brieff, der gegeben ist anno Domini M^oCCCC^o in die sancti Jacobi apostoli.

1) Johanna de Stein, priorissa, talis nominata est ab anno 1378 usque ad 1400, quo anno jam fuit sexaginta annos in monasterio.

2) In orig. post *Des verbum Stiftes* deletum est.

3) In orig. confuse *Arckkykel* vel *Artkykel*.

4) In autogr. clarissime *Vollen*; in nostro orig. satis clare *Wollen*.

5) In autogr. *Dar ynne*.

6) In autogr. deest hoc verbum *Myt*.

7) In autogr. *Dan daz*.

Item¹⁾ notandum, quod de jure et consuetudine antiqua huc vsque introducta domina abbatissa Kouffungensis²⁾ tenetur et debet dare de curia sua de bonis ecclesie ibidem prebendas suas cum suis attinenijs, prout subscribitur: Primo cuilibet puelle ex scolis existenti cedent ebdomadatim quatuordecim panes prebendales tam magni, quantum possunt pistari de lymeto puri et boni (sic!) siliginis, quatuor panes pro eleomosinis et tres albi panes de tritico cum sex denarijs Hassiensis Cassellensis warandie emendi et annuatim sedecim tinas ceruisie. Sequitur:

Item cuilibet puelle cedent ebdomadatim sex libre carniū recentorum (sic!), dominica die due libre, feria tertia due libre et quinta feria due libre carniū talium, vt subscribitur, preter festa incurrencia, in quibus eciam dantur eis carnes vel pecunia pro eisdem, exclusis ebdomadis infra octauam pasche et festum ascensionis Domini et infra diem beate Lucie virginis et natiuitatis Christi, in quibus ebdomadis non dantur (fol. 215 III) carnes.

Item³⁾ est consuetudinis, vt a festo pasche vsque ad festum penthecostes dantur carne(s) vituline. A festo penthecostes vsque ad festum Margarethe virginis dantur carnes bouine. A festo Margarethe vsque ad festum Martinj dantur carnes mutonine et ad festum Martinj vterius vsque ad caput⁴⁾ ieiunij dantur carnes porcinie.

Item⁵⁾ cuilibet puelle cedent in carnispriuo de curia domine abbatisse duodecim farcimina salsucia, *brodworste*,⁶⁾ et duodecim farcimina iecorina, tres libre sanguinis⁷⁾ et vnus pullus carnispriualis.

Item omnibus puellis coniunctis cedent in ante carnispriuo de curia domine abbatisse duodecim capita porcina et triginta⁸⁾ sex pedes porcini, que et quos inter se, vt moris est, diuidere solent.

Item in dominica *Esto mihi* cedent cuilibet puelle due prebende carniū, feria secunda sequenti duo farcimina salsucia, *brodworste*, et tertia feria proxima vna prebenda in carniū et duo farcimina salsucia. Sequitur:

Item cuilibet puelle in ieiunio dantur due metrete pisarum, quadraginta allecia et qualibet sexta feria pisces, et alias post pascha qualibet sexta feria alternatis vicibus sic, quod semper

¹⁾ Desunt in autogr.

²⁾ In orig. nota marg. *De prebendis per dominam abbatissam dandis.*

³⁾ In orig. *Kouffungensi.*

⁴⁾ In orig. nota marg. *De carniū dandis prebendarijs.*

⁵⁾ In orig. *Capud.*

⁶⁾ In orig. nota marg. *In Wolfanger.*

⁷⁾ Id est *Bratwürste*, farcimina assanda.

⁸⁾ In orig. verbum originale corrigendo corruptum est, sed nobis primo *Sanguinis* fuisse videtur.

vna ebdomada elapsa dantur pisces, et sic consequenter secundum consuetudinem ecclesie Kouffungensis.

Item in cena Domini facto prandio mandato peracto domina abbatissa debet dare cuilibet puelle vnum noszelium vini.

Item in die pasche, secunda feria, tertia et quinta feria pasche et in octaua pasche dantur carnes recentes secundum consuetudinem ecclesie Kouffungensis.

Item secunda feria proxima post octauam pasche detur cuilibet puelle (*fol. 215 IV.*) vna berna, *eyne bache*, habens ad minus in pondere quinquaginta libras et olym plus habuit in pondere.

Item ex consuetudine ecclesie Kouffungensis ¹⁾ domina abbatissa tenetur disponere cum seruis suis, vt cuilibet puelle debeant in bona et fertili terra ecclesie predicte duas metretas lyni seminare de proprio lyno puellarum.

Item domina abbatissa pro tempore existens tenetur et debet per se vel per alium caseos ouinos de decimis ²⁾ in Wolfesanger et in Wolmerszhusen ³⁾ cedentes et eciam pensionem ouorum seu pecuniam pro ouis cedentem extorquere et equaliter inter ipsam et puellas diuidere, consimiliter partem sibi et cuilibet puelle distribuendo.

Item domina prepositissa tenetur et debet caseos et oua de manso in ⁴⁾ Folthayn ⁵⁾ sito cedentes extorquere et equaliter inter dominam abbatissam et puellas diuidere. Sequitur:

Item domina abbatissa pro tempore existens tenetur et debet omnes pensiones, redditus, prouentus et obuenciones, venientes et cedentes de Leyge ⁶⁾ ex pensis ⁷⁾ ecclesie extorquere et sibi ipsi duas partes retinere et terciam partem puellis omnibus presentibus coniunctim dare et ministrare.

Item cuilibet puelle in scolis existenti domina abbatissa tenetur dare mediam prebendam in panibus prebendalibus, in panibus albis et in panibus pro eleemosinis.

Item eidem puelle datur ebdomadatim totalis praebenda in

¹⁾ In orig. *Triginti*.

²⁾ In orig. *Kouffungensi*.

³⁾ In orig. *Decimas*.

⁴⁾ Ut supra idem *Vollmarshausen*.

⁵⁾ In orig. hic sequitur *folth* deletum.

⁶⁾ Folthayn vel Fuldhagen, quondam villa in ripa dextera Fuldae fluvii. Postquam exeunte saeculo XIII pars nova Casselae oppidi in eadem ripa Fuldae condita erat, incolae totusque villae fundus magna cum silva *Forst* dicta, ubi placita erant, in novum oppidum traducti sunt. Inde villa antiqua deserta soloque aequata est.

⁷⁾ Legia, modo Lay, villa juxta dexteram Mosellae fluvii ripam, haud longe a Confluentia sita, inter alias vini causa ab Henrico II. imperatore monasterio Kaufungensi a. 1019 donata est. — ex pensis im Orig. steht Pensijs.

carnibus et in ceruisia, et tertia pars despectantibus¹⁾ super chorum.

Item²⁾ subscripta cedent domine prepositisse ratione dignitatis; primo domina abbatissa pro tempore existens tenetur dare domine prepositisse ebdomadatum septem panes (*fol. 216 I*) videlicet *spyse brode*,³⁾ et tres panes de tritico de tribus denarijs.

Item sedecim tinas ceruisie et in qualibet septimana sex libras carniū recencium, dominica die duas libras, tertia feria duas libras et quinta feria duas libras preter festa incurrencia, in quibus eciam dantur carnes, vt supra scriptum est, vel pecunia pro eisdem, et sic seruetur per annum in qualibet septimana exclusis tamen ebdomadis⁴⁾ infra octauam pasche et festum ascensionis Domini et infra festum Lucie et festum natiui(tatis) Christi.

Item dentur eidem domine prepositisse in carnisbriuio⁵⁾ duodecim *hylle*⁶⁾ seu salsucia, *brodworste*, et duodecim farcinina iecorina et tres libre sanguinis et vnus pullus carnisbriualis.

Item in dominica *Esto mihi* due prebende carniū recencium et secunda feria vna prebenda carniū recencium et due *hylle*, scilicet *brodworste*.

Item in quadragesima due metrete pisarum et quadraginta allecia et in sextis ferijs et in cena Domini mandato peracto vnum noselium⁷⁾ vini, sicut⁸⁾ consuetudinis est dare puellis.

Item domina abbatissā pro tempore existens tenetur disponere, vt due metrete lini domine prepositisse omni anno in bona et fertili⁹⁾ terra seminentur. Sequitur:

Item¹⁰⁾ domine custodi cedent de curia domine abbatisse septimanatim septem parui panes, dicti *spysebrode*. Item dentur et ministrentur eidem domine custodi de curia domine abbatisse sex libre cere ad lumina super festo purificationis Marie. Item sex libre cere ad lumina super¹¹⁾ festo pasche. Sequitur: (*fol. 216 II*.)

Item domina capellana potest omni die dominica et alias in festis foralibus cum domina abbatissa esse in mensa et secum

1) Pro *Expectantibus*.

2) In orig. nota marg. *Prepositisse cedent*.

3) Id est *Cibarius seruorum* (Lexer), vel *Panis secundarius*. (Brinckmeyer, Gloss. dipl.), *panis minoris cibi*.

4) In orig. *Ebdomasas*.

5) In orig. hic sequitur littera *d* maculata et deleta.

6) *Hylle*, forma loquendi pro *Bratwurst*. (vide Grimm's Deutsches Wörterbuch ad vocem *Hille*.)

7) In orig. *Noselinum*.

8) In orig. *Sicud*.

9) In orig. *Fertile*.

10) In orig. nota marg. *Custodisse cedent*.

11) In orig. hic sequitur verbum *Altare*, quod non absolute deletum nobis videtur esse. Analogiae causa omittimus.

prandere. Et eidem capellane detur vnus pullus carnisbriualis. Sequitur:

Item puelle habenti officium porte pro tempore existenti cedent ebdomadatim de curia domine abbatisse septem panes, dicti *spysebrode*.

Item in subscriptis festis domina abbatissa tenetur eidem puelle dare et ministrare in quolibet festo decem panes paruos, vnum cantrum seu cantarum bone ceruisie et vnum ferculum de carnibus aut piscibus secundum quod tempus postulat, videlicet ipso die pasche, ipso die penthecostes, ipso die Margarete virginis, scilicet dedicacionis ecclesie Kouffungensis, ipso die assumptionis Marie, ipso die beate Kunnegundis, natiuitatis Christi, epiphanie Domini, purificacionis Marie et annuntiacionis Marie. Sequitur:

Item sunt eciam quatuor prebende, videlicet in die cene Domini in vino, eadem die eciam in pane benedicto, in die pasche scutella cum assatura, carnibus et ouis, et omni sexta feria pisces per totum annum. Has prebendas potest puella capellanissa deseruire et in suam vertere vtilitatem aut puella alia non habens dignitatem aut officium cum decem psalmis legendis et alias, prout hic fieri est consuetum. Et ad predictas prebendas cedent quatuor pulli carnisbriuales.¹⁾ Sequitur:

Item puellis in vigilia pasche letanias legentibus seu cantantibus datur per dominam abbatissam cuilibet vnum noszelium vini.

Item cantantibus *Alleluia* eodem die datur eciam cuilibet vnum noszelium vini. Sequitur:

(Fol. 216 III.) Item legentibus seu cantantibus letanias in vigilia penthecostes detur cuilibet vnum noselium²⁾ vini. Item eodem die cantantibus *Alleluia* eciam datur vnum noszelium vini.

Item quelibet puella a scola sumpta statim tenetur facere domine abbatisse obedienciam manualement in licitis et honestis, sicut³⁾ hoc fieri est consuetum. Sequitur:

Item pretactum promissum non debet esse in preiudicium, dampnum seu grauamen ipsis⁴⁾ puellis in dignitatibus, libertatibus, iuribus, constitucionibus, consuetudinibus ac possessionibus earum, quas habent ratione dignitatis ecclesie Kouffungensis.

Item feria tertia post diem palmarum; quando domina custos fieri ordinat cereum paschale, pro tunc domina abbatissa debet ad hoc duas geltas ceruisie laborantibus dare et ministrare. Sequitur:

¹⁾ In orig. *Carnisbriualis*.

²⁾ In orig. *Noselinum*.

³⁾ In orig. *Sicud*.

⁴⁾ In orig. *Ipsius*.

Item domina prepositissa debet habere et custodire clauem ad portam ambitus tempore suo ad claudendum et aperiendum.

Item domina custos debet habere et custodire clauem ad capsam sancte crucis et reliquiarum et clauem ad chorum et ad armarium ad claudendum et aperiendum temporibus suis. Sequitur:

Item campanarius ecclesie sancte crucis debet habere clauem ad januam ecclesie eiusdem.

Item ex iure et consuetudine antiqua domina abbatissa debet habere et tenere sigillum abbacie in bona custodia ex dignitate ecclesie pretacte.

Item ex iure et consuetudine antiqua domina prepositissa, domina custos ac puelle capitulares ecclesie sancte crucis communiter debent tenere et in custodia sua (*fol. 216 IV.*) habere sigillum capituli ecclesie pretacte.

Item omnia bona pheodalia et nomina pheodariorum ecclesie sancte crucis nominatim domina abbatissa pro tempore existens ibidem debet habere in registro abbacie in scriptis inserta et redacta et tocies quociens opus fuerit et temporibus suis eosdem cum eisdem pheodare.

Item omnes fructus, redditus, prouentus, pensiones et obuenciones dicte ecclesie Kouffungensis ad curiam et ad abbaciam spectantes domina abbatissa ibidem debet eciam in registro habere dicte abbacie ad bonum et vtilitatem in bona custodia ecclesie sepe dicte, puellarum et ebdomadariorum ibidem. Sequitur:

Item omnes fructus, redditus, prouentus, pensiones et obuenciones super chorum puellarum ibidem in Kouffungen spectantes communitur aut domine prepositisse, domine custodi, capellanisse, puelle, cui commissa est clauis porte, diuisim spectantes, eciam debent esse in earum registris inscripti et in bona custodia et ad vtilitatem earundem, prout hoc huc vsque fieri est consuetum. Sequitur:

Item omnes fructus, redditus, prouentus, obuenciones et pensiones ecclesie Kouffungensis super festa memoriarum fidelium spectantes debent eciam in registris esse inserti et inscripti. Et eadem registra debent esse in custodia fideliorum, videlicet puelle et beneficiati ibidem, ad hoc debite secundum contenta litterarum desuper confectarum electi. —

Et nos Johannetta, ecclesie sancte crucis in Kouffungen prepositissa, cupimus notum fore omnibus tam presentibus quam futuris, quod sexaginta annis et amplius fuimus presens in dicta ecclesia sancte (*fol. 217 I.*) crucis, et omnia iura, statuta, consuetudines et ordinationes in presenti libro denotata et denotate sunt, ita vt in eodem libro continentur, apud venerabiles dominas abbatissas, prepositissas, custodes et puellas dicte ecclesie bone

memorie temporibus nostris integraliter et inuiolabiliter vsque nunc et cetera¹⁾ (sic!) obseruata et obseruate. Notificamus hec et dicimus in veritate, que est Christus Jesus, Dominus noster. Qua propter ob reuerenciam et vtilitatem ecclesie sancte crucis Kouffungensis, personarum, puellarum et presbyterorum inibi beneficiatorum existencium nos Johanna, prepositissima pretacta, presentem librum cum scitu, consilio et adiutorio seniorum ebdomadariorum, qui iam sunt et temporibus nostris ad annos quadraginta proxime retrofluxos in dicta ecclesia sancte crucis fuerunt, videlicet honorabilium dominorum, Henrici Wernheri, rectoris altaris sancte crucis in Kouffungen, Tilemanni Schomborgis, rectoris capelle sancti Benedicti ibidem, ac Mathie Yodden, rectoris ecclesie sancti Bonifacij in Mey(n)bressen, nec non ex informacione²⁾ discreti domini Syfridi Oremus, qui eciam temporibus nostris ante quadraginta annos octo inibi extitit campanarius et seruator, presentem librum scribere fecimus et ordinauimus. Quorum temporibus et antecessorum eorundem omnia et singula in eodem libro contenta sunt inuiolabiliter obseruata. Quem eciam librum predictis tribus ebdomadarijs, videlicet dominis Henrico Wernheri, Tylemanno Schomborgis, Mathye Yodden et eorum successoribus omnibus, honorabilibus viris dominis ebdomadarijs fideliter, ne in eodem contenta obliuioni traderentur, committimus ad custodiendum sub fidelitate, quam tenentur³⁾ dicte ecclesie sancte crucis et personis ecclesie eiusdem ad bonum et vtilitatem eorundem. (Fol. 217 II.) Hec prescripta sunt statuta et ordinaciones ecclesie sancte crucis in Kouffunge(n), puellarum et sex ebdomadariorum et beneficiatorum ibidem, ab inicio monasterij⁴⁾ a sanctis fundatoribus predictis et eorum successoribus ordinata et tamquam legitima perpetuis temporibus obseruanda, que non licet ulli hominum vquam violari sub pena eterne dampnacionis iusti iudicij Dei. Amen.

¹⁾ Fortasse per lapsum manus id signum, quod usu vulgari *Et cetera* indicat, pro alia simili notione positum est. Signum ipsum non aliter interpretandum est.

²⁾ In orig. *Exin formacione*.

³⁾ Scilicet *Obseruare*.

⁴⁾ In hoc errat auctor statutorum Kaufungensium, nam nequaquam ab initio, sed multo serius illa ordinata sunt. Ex eo quod puellae professionem non faciebant et quod eis licitum erat, virum legitimum ducere nec non pecuniam possidere etc., apparet, monasterium fere exeunte saeculo XIII sancta regula Benedictina omissa multo liberiora statuta sumpsisse.